Cap. 470

FIDEI MAIORVM NOSTRORVM DEFENSIO;

QVA HÆRETICORVM SÆCVLI noſtri aſtus ac ſtratagemata deteguntur; Reuerendiſſ. Patre, Fratre CHRISTOPHORO A CAPITE FONTIVM Ordinis Fratrum minorum Generali miniſtro auctore.

HIEREMIÆ VI.

Hæc dicit Dominus: State ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona; & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium animabus veſtris.

ANTVERPIÆ,
Ex officina Chriſtophori Plantini,
Architypographi Regij.
M. D. LXXV.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

PHILIPPO MAGNO
HISPANIAE REGI CATHO-
lico & Potentiſs°. F.C. de Capite Fon-tium, totius Ordinis S. Franciſci de ob-ſeruantia, Generalis Miniſter indignus

S. D.

INTER cætera dona, Philippe rex Catholice, quæ diuina bonitas, pro lapſus generis humani reparatione hominibus contulit, fidem primum obtinere locum, velut quæ & maximas ſecum adferat vtilitates, & ſummè ſit ad ſalutem conſequendam neceſſaria, certo certius cuilibet catholico Chriſtiano conſtat. Eſt enim pretioſiſſimus & ditiſſimus theſaurus hominibus, cum quo dedignaretur ſapiens aurum aut argentum aut lapides pretioſos conferre, cùm omne aurum illius comparatione arena ſit exigua, & argentum lutum eſſe repute-

QVOD HÆRETICORVM SCOPVS EST, FIDEM MAIORVM, TANQVAM *falſam cõdemnare, propterea quòd verũ Chriſti corpus in Euchariſtiæ Sacramẽto eſſe credebant; deinde ipſos idololatriæ & cõſequenter æternis ſupplicijs obnoxios, damnare, quia Chriſtum in eodem diuino Sacramento adorabant.*

CAPVT. I.

COGITANTI mihi, amice lector, ac ſæpenumero apud me preſſiùs conſideranti, quorſum iſtius noui euágelij aſſertorum ſtudia tenderent, conſiliáque ferrentur, qui (vti omnium ſæculorũ hæreticis, ſpecioſi alicuius nominis titulo fucare mendacium, lupúmque rapacem ſub ouina pelle cælare mos fuit) Euágelici quàm Chriſtiani dici maluerunt, tandem venit in mentem quid eos ad huiuſmodi facinus impellat, & quò effrenata eorum rapiatur audacia, cùm Eccleſiæ Romanæ fidem ab illis in baptiſmo ſuſceptam, & ante eorum tempora, tanquã Catholicam (ſicut eſt) toto terrarum orbe diffuſam, ac ſupra petram Chriſti voce fundatam, tanto conatu oppugnantes, euertere moliuntur. Neque enim, ſi verum di-

ANTVERPIÆ EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS PLANTINVS, ARCHITYPOGRAPHVS REGIVS, ANNO M. D. LXXV.